



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-705648-p0001-9

DFG

10703
9x.
DE
PVNCTO DEVOLVTIONIS DISQVIREND
IN
APP E L L AT I O N E
AD
SVMMA IMPERII TRIBVNALIA

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
IN ALMA ACADEMIA LIPSIENS
P R O
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

D. XIX. MAII MDCCCLXXXV

C A P E S S E N D I S

H. L. Q. C.

D I S P V T A T

FRIDERICVS AVGVSTVS, EICHHOFF

IVRIS VTRIVSQVE BACCALAREVS ET ADV. IMMATR.

DRESDENSI S.

LIPSIAE
EX OFFICINA SOMMERIA.

EX LIBRIS DEPARTMENTIS LIBRARII

LIBRARII UNIVERSITATIS AACHEN

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF AACHEN

UNIVERSITY LIBRARY AACHEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK AACHEN

VIRIS
SVMME VENERANDIS, GENEROSISSIMIS
ILLVSTRBVS, PRAENOBILISSIMIS, SVMME
DOCTIS AC DOCTISSIMIS
DOMINO
PRAEPOSITO, DECANO, SENIORI
ET
CAETERIS DOMINIS CAPITVLARIBVS
ECCLESIAE COLLEGIAE WVRZENSIS

PATRONIS AC FAVTORIBVS SVMMPERE COLENDIS

D. D. D.

A V C T O R.

ALIAS

SCHMIDT ANTONIUS GERMANSISSIMUS
LITERATURO, ET DE MATHESIENSIS
BAMBERG

DOCENS IN FACULTATE

DOMINO

THEATROSCOPIO SEMINARIO

GRATIAS DOMINI QVIETIA VITRAS
ECCLESIAE CATHOLICAE ALEXANDRI

LUDVICO AD MATHESIENSIS SEMINARIO

ETC.

PROLOGA

Punctum deuolutionis, formalia ac materialia, sive grauamina parti appellanti a iudice a quo illata — tria haecce capita tum a patrono causae, antequam appellationem in alterutro imperii archedicasterio introducit, tum ab ipso iudice ad quem et ante decretos appellationis processus, et ante sententiam eiusdem definitivam disquiri solent.

Ordo autem disquisitionis, vti et in omni alia appellatio-
nis instantia rite ordinata, hic est, vt ante omnia indage-
tur punctum deuolutionis, et si in eodem deprehendatur defectus
haud emendabilis, appellatio statim, quin vel minima fiat for-
malium ac materialium discussio, ex solo isthoc capite a summo
imperii iudice reiiciatur.

Solum hic, et nil aliud, perscrutabor deuolutionis punctum,
ad quod, vt omni ex parte sit integrum, in supremo Germaniae
foro requiritur

A) vt *appellabilis* sit

- I. *causa litis,*
- II. *summa grauaminis,*
- III. *sententia a qua,*

B) vt *insuper iudeo a quo*

- I. *immediatus sit,*
- II. *nec priuilegium habeat de non appellando illimitatum*
- III. *nec omnino exemptus sit a iurisdictione caefarea.*

A

Vel unicum solummodo ex hisce requisitis vbi deest, causa declaratur pro non deuoluta, sive, quod vnum, ac idem est, causa ob defectum iurisdictionis archidiaconatalis in superiori instantia fundatae per sententiam, quam vocant non deuolutoriam, ad iudicem a quo redire iubetur.

I.

C a u s a l i t i s

f i t

a p p e l l a b i l i s.

Errare humanum est. Iudex vtut suo in officio constitutus manet isthac humani generis fragilitate affectus; ita potest etiam potissimum in applicatione iuris errare, et sic parti vni aut alteri coram se litiganti grauamen inferre. Id perpendicularentes, et insimul quotidiana idcirco edocti experientia humani generis rectores consultum duxerunt pro incolis vnius eiusdemque prouinciae plura instituere iudicia, sibi inuicem subordinata eo praesertim fine, vt gravamini a iudice instantiae inferioris illato medela ferri possit in instantia superiori.

Inhaerendo igitur sapientissimi huius instituti rationibus motius ecur haud statuendum foret, appellari posse in quacunque*) causa litis, vbi iudex inferior parti intulit grauamen, eidemque grauamini aut non vult, aut non valet ferre medelam. Generalem hanc regulam de appellabilitate causarum ex fine ipso appellationis inter remedia iuris adoptatae, ex primaeua igitur eiusdem origine deductam, ideoque in ipsa natura rei fundatam ipsa quoque suprema legislatio nostra approbare videtur, dum

appellationem ad summum imperii iudicem tantum in uno cau-
farum genere prohibet et sic eandem in aliis omnibus causis per-
mittit **).

*) c. II. X. de appellat. recusat, et relat.

**) C. O. C. part. 2. tit. 31. §. 14.

Interea tamen expediti iuris germanici est, causae vni, alte-
riue non tantum mutuo partium consensu, sed ipsa etiam pleni-
tudine potestatis caesareae viam appellationis ad supremum imperii
tribunal praecludi posse; enim uero cum caesar fons sit, ac origo
omnis iurisdictionis germanicae *) eandemque solus in supremo
Germaniae foro exerceat, quis dubitat, quod exercitio eius-
dem intuitu appellationis cuiuspiam possit renuntiare, preefer-
tim, si ratio salutis publicae in aliquo imperii territorio id sua-
deat.

*) Notoria est in doctrina iuris patrii veritas huius principii, specia-
tim a ministris aulae electoralis Saxonicae in sua responione, quam
legato electoris Palatini 1608. dederunt, his verbis agnita: „Ihre
„Kurfürstliche Gnaden könnten und wollten der kaiſerl. Majestät Ihre ha-
„bende und hergebrachte Jurisdiktion nicht disputiren lassen, wäre einmal
„andem, daß Dieselbe fons iurisdictionis.“ LUDOLF de iur. cam.
Sect. I. pag. 17.

Ex his itaque praemissis concludere mihi licebit, *appellari*
posse ad suprema imperii tribunalia in omnibus causis, *vbi*
appellacioni nec lex aut obseruantia imperii, nec priuilegium
caesaris de non appellando limitatum, aut specialis partium
conuentio obstat.

a) *Legislatio imperii* *) appellationem ad augustinum imperii iudicem prohibet in causis 1) tantum *criminalibus*, et quidem 2) in iis solummodo *vbi agitur ad poenam corporis afflictuam*. Legislatio imperii, cum interdicto hocce causas criminales solas continentia meram faciat a regula exceptionem, — regulam ipsam **) in casibus non exceptis videtur confirmare, ideoque appellationem in aliis omnibus causis per istud interdictum non nominatis permittere.

*) R. I. 1530 §. 95. O. C. p. 2. tit. 28. §. 5. C. O. C. p. 2. tit. 31. §. 14.

**) C.O. C. p. 2. tit. 31. pr. vbi regula de appellabilitate caufarum generalibus hisce terminis exprimitur „es soll = = einem jeden Theil, der sich mit gesprochenem Urtheil beschwert befindt = = liceat cuiuscunq[ue] parti a iudice a quo grauatae, i. e. liceat parti in quacunque caufa, vbi per iudicem a quo se vere sentit grauatam, ad cameram imperii (ideoque etiam ad consilium imperiale aulicum) appellare.

Cum porro omnis exceptio a regula ius tantum singulare fundet, et ideo strictissimae sit interpretationis, ultra casus nominativi exceptos haud extendenda, sequitur, prohibitam haud esse appellationem ad caesarem in causis criminalibus ubi agitur ad *poenam* solummodo *pecuniariam*. Caufae ergo fiscales, quibus non immediatum caesaris et imperii, sed solum domini territorialis interesse violatur, (die gemeinen fiskalischen Sachen) manent appellabiles *) in causis etenim fiscalibus imperii iurisdictio caesarea ceteroquin in prima iam instantia etiam contra mediatos fundata est **).

*) Caesar, dum priuilegium de non appellando illimitatum ducibus Meklenburgicis in pace Teschenensi, art. 15. promissum iisdem

concedit, in resolutione sua ad votum consilii imperialis aulici informatium **II.** April 1781, publicata appellationem sibi referuat in quibusdam causis, et speciatim in *fiscalibus*—inde constat, in causis fiscalibus territorialibus (gemeinen fiskalischen Sachen) a dicasteriis superioribus ducum Meklenburgicorum aequae, ac aliorum ciuium imperii immediatorum semper ad eundem fuisse appellatum, eiusmodi enim causa fiscalis si ipso iam iure imperii forent inappellabiles, vtique caesar appellationem in iisdem sibi haud referuare potuisset, cum nemo sane sibi quid referuare soleat, nisi quod ipse iam antea habuerat—citam resolutionem caesaream in causa priuilegii Meklenburgici in extenso continet *Häberlin Repertorium des deutschen Staats- und Lehnrechts dritter Theil*. S. 440-442.

**) C. O. C. part. 2. tit. 21. §. 8. Ordinatio iud. imp. aul. tit. 6. §. 6. Clarissimus PÜTTERUS in *nova epitome processus imperii amborum tribunalium supremorum* 1769. edita §. 265. dubitat, utrum iurisdictio caesarea adhuc hodie in prima instantia exerceri possit etiam contra mediatos quoad causas fiscales imperii, et prouocat idcirco ad libellum, quem scriptis THOMASIUS sub nomine: *Kurze und deutliche Deduktion, daß der Reichshofstath mitnichten befugt sei, der Stände des Reichs Nâthe, Diener und andere Unterthanen sowohl in peinlichen als bürgerlichen Sachen in erster Instanz für sich zu zitiren*. Cum ambo supra imperii tribunalia haud ignorent, cuilibet immediato imperii membro intuiri suorum subditorum competere ius primae instantiae, sive de non euocando extensem ad omnes causas judiciali cognitione indigentes, nec iurisdictioni archidicasteriali reseruatas, vtique ambo nec solent, nec audent unquam mediatum imperii ciuem quoad causas, sive ciuiles, sive criminales in prima instantia citare, nisi in prima iurisdictio eorum instantia ex 'alio forsan capite, puta, ob continentiam, ob qualitatem rei immediatae, aut ob ipsius causae qualitatem, sit fundata — dico ob qualitatem causae, si nempe immediatus imperii ciuis ipse suos contra subditos coram supremo iudice actionem instituat.

Interea tamen notorium est in iure nostro discrimin inter causas fiscales imperii ex una, et causas criminales ex altera parte; nec minus notae sunt citatae leges imperii, nondum abrogatae, in quibus supremo iudici iurisdictio in prima instantia etiam contra mediatos quoad *causas fiscales imperii* concessa legitur, et quod eandem in hodiernam usque diem adhuc exercet, testantur inter alia causae violati praefertim a mediatis priuilegi impressiorii, moratoria, ceteri in utroque ipsis ac imperii summo tribunal, tum aulico, tum camerale quotidie adhuc occurrentes, ut igitur valde mirum mihi videatur, virum in re versatissimum causas fiscales imperii inter, ac criminales saltem in allegato opere suo haud distinxisse, et ideo iurisdictionem supremi in Germania iudicis quoad causas fiscales imperii in prima instantia etiam contra mediatos in petitorio, et possessorio fundatam in dubium vocasse.

Tandem legislatio imperii loco citato non qualemcumque ad summum Germaniae tribunal prouocationem in genere, sed in specie, et nominatim tantum *appellationem* in dictis causis criminalibus prohibet, imo potius in iisdem querelam nullitatis insanabilis *), protractae, vel denegatae iustitiae ibidem institui posse, disertis verbis declarat.

*) Cum vi O. C. part. 3. tit. 34. §. 2. C. O. C. p. 3. tit. 40. §. 2. R. I. N. §. 121. 122. querela nullitatis *sanabilis* non sola possit institui, sed cumulari debeat cum appellatione, sequitur illam perinde, ac appellationem ipsam, in causis criminalibus ad poenam corporis afflictionis tendentibus esse prohibitam.

In *causis politicis* nulla lex imperii appellationem ad summum imperii tribunal simpliciter vetat. Interea tamen ad statim post publicatum recessum imperii nouissimum nonnulli, ex male

intellecta quippe hac lege, causas politicas declamarunt tanquam inappellabiles; et in horum verba, vti plerunque fit, sensim complures alii iurarunt.

Ast legis, quaeso! attenta mente citatam imperii sanctio-
nem §. 106. et deprehendes, ab eadem appellationem in his
causis non simpliciter et absolute prohiberi, sed solummodo re-
stringi eam, et notanter inculcari camerae imperii, ne statim ad
sola appellantis narrata absque praeuia iudicis a quo informatio-
ne processus appellationis decernat, aut vt in iisdem decernen-
dis faltem inhibitoriales omittat; ex qua clara profecto, ac di-
stincta legis dispositione plane nil aliud erui poterit, quam vt
scilicet appellatio in causis politicis non semper *) gaudeat effectu
executionis suspensiou.

*) Citata lex imperii id ordinando ita se exprimit: „keine Inhibition
„leichtiglich erkennen.““

Quoniam vero erronea ista opinio semel adoptata nous in-
dies in scholis, ac foris nostris attrahebat assclas, decisiva voce
asserentes, causis politicis appellabilitatem in recessu imperii no-
vissimo rotunde denegatam esse, et inde causis frequentior enaf-
cebatur, vt sub praetextu causae politicae in foris Germaniae im-
mediatis iustissimae saepius appellationi ad caesarem via abscon-
deretur, consilium imperiale aulicum non tam ipsum recessum im-
perii nouissimum ceteroquin eo ex capite sat clarum, quam potius
deductam inde erroneam conclusionem interpretabatur per conclu-
sum d. d. 18. Septemb. 1744. in Sachen Stift Worms contra Stadt
Worms ita statuendo: » wenn die Frage wär von der Einführung oder
Abschaffung einer Polizey-Zunft' oder Handwerks-Ordnung *) so soll der

Fall für eine Polizeisache zu halten, und also nicht appellabel sein; betrifft aber der Fall iura partium, kommt ad contentiosum, und wird durch eine oder mehrere Gerichtsstellen verhandelt und entschieden, so wär solcher für eine Justizsache anzusehen, und also appellabel.““

*) Enim uero ubi quaestio est de condenda vel abroganda ordinatione, rem politicam, in specie opificiarum, mercantilem aut aliud simile quid concernente, casus unice, ac immediate territoriale tangens legislationem utique nec pro causa iustitiae haberi, ideoque nec objectum appellationis esse potest, quae quippe praesupponit causam a iudice qua tali, non a legislatore tractatam.

Neque causae ecclesiasticae ab illa imperii lege inappellabiles declarantur, quamquam plerique scriptores celeberrimi easdem appellabilitate destitutas esse autument *) ; causae etenim ecclesiasticae vel mere tales sunt, vel mixtae — intuitu causarum mere ecclesiasticarum frustranea utique foret in legibus imperii prohibitio appellationis ad suprema imperii iudicia, cum iudici laico caeteroquin ex natura rei nulla in eas competitat iurisdictio; in mixtis vero teste praxi quotidiana illuc appellatur.

*) NEUMANNI principia processus iudicij imp. aul. hod. pag. 59. PÜTTERI introductio in rem imperii iudicariam §. 363. TAFINGERI institutiones iurisprud. cam. §. 633, 1. ubi causae ecclesiasticae generatim aequae, ac ipsae criminales, de iure in legibus imperii scripto inappellabiles afferuntur.

Denique nec causae feudales*) proprie dici possunt inappellabiles, cum causa feudum imperii concernens (die Reichslehnssache) vtpote confilio imperiali aulico reservata caeteroquin in prima iam

instantia supremae subsit iurisdictioni, igitur ad nullum aliud a quo ad hanc solet appellari, forum Germaniae inferius trahi queat. In causis vero feuda Germaniae mediata respicientibus (in gemeinen Lehnssachen) perinde ac in aliis causis, ad suprema imperii iudicia appellatur, id quod innumera quoque comprobant exempla.

*) TAFINGER loc. cit. inter causas ex constitutionibus imperii inappellabiles etiam recenset causas feudales cognitioni caesareae referuatas.

B. Quod iudicium caesareo imperiale aulicum iurisdictionem in causis italicis solitariam, cum camera imperii haud communicatam exerceat, id non in lege quapiam imperii, sed in sola fundari observantia afferitur, et ideo foli quoque adscribitur observantiae imperii, quod ad solam pariter aulam Caesaris a sic dicta eius plenipotentia in *causis vasallorum imperii italorum* quippe minorum *) appellari soleat.

*) Vasalli enim imperii, feuda throni italica possidentes iurisdictioni Caesaris aulicae in prima subsunt instantia; neque gaudent iure fori austriacalis plerisque Germaniae ciuibus immediatis indulto, multo minus qua tales personam habent standi in conuentibus imperii, sive comititalibus, sive circularibus, nihilque contribuunt ad sustentationem cameræ imperialis, a qua Veneti circa initium seculi XVI. in poenam banni condemnabantur, vid. v. Harprecht's Staatsarchiv tom. 3. pag. 66.

Isthaec in causis italicis plenipotentia est species quaedam commissionis caesareae ad totam causam in solos imperii vasallos, qui feuda sic dicta consilii italica (welsche Rathslehn) possident, iurisdictionem primæ instantiae exercens non ordinariam, sed a

iudicio imperiali-aulico delegatam, et instructione*) caesarea limitata, — ex ipsa igitur natura rei et analogia iuris generali sequitur, cum a commissario nonnisi ad committentem provocari debeat, quod in causis italicis ad Cameram imperii, a qua quippe plenipotentia Caesaris italica nullatenus dependet, appellari nequeat.

*) Ista instructio caesarea, in qua praesertim modus procedendi plenipotentiae praescribitur, eidem obtingit, et quidem in causis iudicibus a consilio imperiali aulico, in causis vero extraiudicibus a cancellaria imperiali aulica tanquam ministerio Caesaris imperiali, quoties in persona aut Caesaris aut plenipotentiarii mutatio contingit.

C. Cum omnis iurisdictio, quae ab immediatis imperii ciui bus suos in subditos sub auspicio legislationis nostraræ exercetur, nonnisi benigno Caesarum indului suam debeat originem, et iurisdictio in supremo Germaniae foro ad iura Caesari reseruata pertineat, quilibet autem reservato iuri suo possit renuntiare, vt que et Caesar ius habens, super omnes causas, in quibus vi legum imperii appellatio ad ipsum non est prohibita, in superiori instantia cognoscendi, supremam hanc iurisdictionem suam potest restringere, unam alteramue causam declarando inappellabilem.

Quemadmodum vero eiusmodi priuilegium de non appellando limitatum*) per quod in certo causarum genere appellatio ad augusta imperii tribunalia litigantibus inhibetur, ius singulare constituit, et ideo ex natura sua strictae subiacens interpretationi solummodo illi prodest, cui concessum est, ita pariter ultra caus in eo nominatim expressos extendi nequit.

Sin igitur partem appellantem inter ac ipsum iudicem a quo lis oriatur, utrum priuilegium de causa in qua appellatur,

— 11 —

intelligendum sit, nec ne, in dubio pronuntiandum est pro iurisdictione Caesaris, ideoque causa presumenda appellabilis.

*) Per priuilegium enim de non appellando illimitatum, quo quippe appellatio non pro parte, sed in totum tollitur, non una alteraue, sed qualiscunque causa fit inappellabilis.

Priuilegium de non appellando limitatum praesertim huius generis concessum est nonnullis principibus ecclesiasticis et secularibus, comitibus ac ciuitatibus imperii *); de praxi tamen appellatio etiam in casu, vbi tale priuilegium eidem obstat videtur, in supremo Germaniae foro plerumque admittitur, et non reiicitur, nisi ad instantiam aut iudicis a quo in suis litteris informatorialibus, aut partis appellatae in sua exceptione isthunc causae appellabilis defectum sufficienter demonstrantis.

*) Vti principibus *Leodensi*, *Ostfrisiae*, *Schwarzburgico*, *comiti Hanouiae*, *ciuitatibus Hamburgensi*, *Lubecensi* ect. de *LUDOLF* in commentatione systemat, de iure camerale appendic. V.

Sin itaque vel maxime iudex a quo, vt genuinum appellationis statum exponat, speciatim interrogatus, ipfaque adeo pars appellata puncto deuolutionis eo ex capite nihil obiciunt, iudex ad quem iure merito concludit: aut utrumque iure suo contradicendi quaefsto haud uti velle, aut ipsum forte priuilegium ad casum appellationis omnino non quadrare.

D. Tandem cum omnino sit liberum partibus in sua, de quailigant, causa vel uti remedio iuris extrajudiciali, puta, viam compromissi, aut transactionis ingredi, vel eandem decisioni iudicis

ordinarii submittere, iisdem pariter a nulla lege prohibetur, quin in sua causa litis judiciali censurae submissa renuntiare possint appellationi. — Sin igitur pars utraque coram instantia quapiam Germaniae immediata litigans mutua declaratione sponteat, quod neuter, qualitercumque lis dirimatur, ad supremum Germaniae tribunal appellare velit, causa litis caeteroquin appellabilis in tali casu fit inappellabilis *ex conuentione* partium.

Cum autem appellatio generatim sit beneficium iuris in solatum partis, a iudice a quo grauatae legibus introductum, ac nemo cogi possit, vt fauori pro se introducto renuntiet,^{*)} cum porro Caesar solus suo, recipiendi appellationes iuri quaesito possit detrahere, euident est, appellationem ad eundem nec lege territoriali, nec statuto restringi, aut impediri posse.^{**)}

^{*)} Quando priuilegium Caesaris appellationem ad ipsum restringit, aut penitus tollit, pars grauata vtique etiam, *sed ex rationibus salutis publicae bono priuato praferendae cogitur*, vt a beneficio appellationis ad Caesarem pro se introducto abstineat.

^{**)} Concept. ord. cam. part. 2. lit. 31. §. 1. ex ipsa profecto analogia iuris patrii ibidem scripti sequitur, nec pacto familiae appellationem ad Augustissimum refringi, aut impediri posse, praesertim cum nulla lege particulari, ideoque nec domestica id fieri queat, et generatim pactum familiae haud valeat, quod legi prohibitiuae derogat, aut iura tertii laedit; (clariss. BRAINL CAROLI FREDERICI ius germanicum priuatum pag. 53.) quis autem dubitat, eiusmodi pariter lege domestica sanctioni imperii prohibitiuae derogari, potissimumque iura circa appellationem non tantum supremi iudicis, sed etiam posteriorum familiae violari.

II.

S u m m a G r a u a m i n i s

s i t

a p p e l l a b i l i s.

Cum plerumque in instituto nobis benefico ac fauorabili maximus soleat committi abusus, ac is potissimum intuitu appellationis indies frequentior extiterit, legislatio nostra; ne causae litis in foris inferioribus pendentes, aut decisae propter quascunque minutias ad supremum imperii iudicem traherentur, peregrino ducta exemplo*) ordinavit, vt in prouocatione qualicunque per viam, siue appellacionis**) siue querelae nullitatis***) tractae, aut denegatae iustitiae****) ad eundem instituta *summa sit appellabilis*, id est, pars prouocans facto iudicis a quo in certa quantitate sit laesa.

*) Arg. I. II. §. 3. d. de iurisd.

**) O. C. p. 2. tit. 28. §. 4 R. I. 1570. §. 14. C. O. C. p. 2. tit. 31.

§. 4.

****) R. I. 1570. §. 69. C. O. C. p. 2. tit. 31. §. 5.

****) Per identitatem rationis, ex qua citatae leges ita disposuerunt, et vi obseruantiae in supremo Germaniae foro usualis. Mens Sebastian Bürgermeister zu Brönweiler c. den Provisor Grauer daselbst, und den Magistrat zu Neutlingen peto. deneg. iustitiae, in qua causa implorans potissimum etiam ob defectum summae appellabilis ordinariae ad iudicem a quo remittebatur. Conf. Karl Friedrich Grainius Lehrsätze über die Praktick der beiden höchsten Reichsgerichte §. 598.

Isthaec, vt ita dicam, appellabilitatis quantitas initio in 50*) paulo post in 150**) dein in 300 florenis consistens ***) de-

mum aucta fuit ad 600 florenos, siue 400 imperiales in forte, et
24 florenos, siue 16 imperiales in redditibus annuis, ad dimidium
vero tum in forte, tum in annuis redditibus reducta, fin omnia
ac singula prouocantis bona haud excedant pretium 2000 flo-
renorum.****)

*) O. C. 1521. tit. 24. O. C. 1555. p. 2. t. 28. §. 4.

**) R. I. 1570. §. 66.

***) R. Dep. d. 1600. §. 14. C. O. C. p. 2. tit. 31. §. 4.

****) R. I. 1654. §. 112. 114.

Enata inde communis fere opinio erronea, partem quam-
cunque litigantem, fin in supremo Germaniae foro iurare possit,
omnes ac singulas possessiones suas haud excedere pretium 2000
floren. ad iura pauperum esse admittendum*); ast usus forensis
saltem tam in aula Caesaris quam in eius ac imperii camera do-
cet, eum solummodo ad iura pauperum admitti, qui attulato
fidem merente demonstrare valet, se haud tantum possidere,
quantum ad expensas litis suae sustinendas sufficit**), et reuera
recessus imp. nouiss. loc. cit. illum, qui haud vltra 2000. flo-
renos possidet, non diferte pauperem declarat, et quidem ea men-
te legis, vt liti suae propriis sumtibus gerendae impar foret,
sed tantum intuitu eiusdem minorem summae appellabilis quan-
titatem statuit. Enimvero si pars quaecunque haud vltra 2000
florenos possidens ad iura pauperum admitti deberet, profecto
lites quoad plurimam partem etiam friuolae sub auspicio perpe-
ram intellectae huius sanctionis iudicis adeo augerentur; vt ambo su-
prema imperii tribunalia iisdem dirimendis non amplius sufficerent.

*³) Inter plures alios id asserunt auctor, (DE BERTRAM) qui scripsit breuiculum praxis imperialis aulicae tit. 63. § 7. De NEUMANN principia processus iudicij imp. aul. cap. 2. §. 7. pag. 15. FRANC. ANTON DITTERICH agens de quatuor praecipuis consiliis imp. aul. processibus, pag. 26.

**) Quam praxin archidicasteriale comprobat ipsa adeo formula iuramenti a paupere praestandi ita sonans: = daß ihr also arm seyd, auch nicht an liegender oder fahrender Haab, noch Schulden vermeidend, daß ihr die Kanzlei um nothdurstige Brief, noch eueren Advo- katen oder Prokuratorn bezahlen und belohnen möget. = C. O. C. p. 1. tit. 96. Pauper hic non iurat, se adeo inopem esse, vt haud ultra bis mille florenos possideat.

Summa appellabilis vtpote ipsa lege in hinc quantitatibus constituta dicitur *legalis*, *ordinaria* sive *summa ordinationis*, cui opponitur *summa priuilegii*, sive *summa appellabilis priuilegiata*, id est, per priuilegium Caesaris de non appellando limitatum*) ad quantitatem summa ordinationis maiorem aucta**), non tamen, vti haec, ad communem aliquam quantitatem redacta sed ultra hanc mox magis, mox minus ascendens, vt paucis omnia dicam, tanta,***) quanta ex tenore priuilegii appetet.

*) C. O. C. p. 2. tit. 31. §. 11. 12. 13. R. I. N. §. 115. tali priuilegio gaudent:

a) Inter principes imperii *Salisburgensis*, *Heripolensis*, *Leodiensis*, *Tridentinus*, *Schwarzburgicus* cet.

b) Inter comites imperii *comites Ranzonii*, *Renffii in Plauen*, ac *barones de Ingelheim*.

c) Inter ciuitates imperii *Augusta Vindelicorum*, *Colonia Agrippina*, *Hamburgum*, *Lubeca*, *Norimberga* — de LUDOLF loc. cit.

Principi Archiepiscopo *Salisburgenſi* paulo ante mortem Iosephi II.
per huius priuilegium summa ordinationis ad bis mille florenos au-
cta fuit.

**) Quanquam summa appellabilis ordinaria per priuilegium principi
episcopo Leodiensi concessum aucta sit in mobilibus ad nongentos, in
immobilibus ad mille octingentos florenos aureos, ex nulla tamen
imperii parte, quam ex principatu Leodiensi, tot ad suprema im-
perii tribunalia deferri appellations, sic dicta rubricarum protocolla
ibidem (*Anſchlagſprotoſolle*) attestantur.

***) Cum eiusmodi priuilegium appellationem ad Augustissimum re-
ſtrigens, ideoque huius iurisdictioni detrahens non tantum intuitu
supremorum imperii tribunalium, sed vel maxime etiam intuitu
appellantium quid odiosum, igiturque strictissimae fit interpretatio-
nis, ultra id, quod verbotenus exprimit, minime extendendum,
sequitur, summam appellabilem ordinariam intuitu illius, qui haud
ultra 2000 florenos poffider, in priuilegio, quod vnam ſolummodo
auctae ſummae quantitatem exprimit, nullatenus eſſe auctam, et
ideo eundem, vbi ſumma appellabilis faltem in 300 florenis con-
ficit, non obſtante priuilegio appellare poſſe. LUDOLF ius cam.
Sect. I. §. 13. p. 172.

De caetero ſumma appellabilis computatur ex quantitate non
petitionis, ſed gravaminis*), id eſt, ex quanto, non quod pars
prouocans in ſua actione, exceptione, reconuentione aut inter-
ventione coram iudice a quo petiit, ſed quod hic decreto ſuo
petitiae ab illa quantitatii detraxit.

*) R. I. N. §. 114. vbi de prouocante, qui iurare valer, ſe haud ultra
bis mille florenos in bonis habere, ita diſponitur: = = wenn er in
ſententia um 300 fl. fo viel das Kapital anlangt, beſchwert wäre = =

quibus verbis textui in C. O. C. p. 2. tit. 31. §. 10. = es soll aber den Partieien unbenommen sein, da sie unter benannter Summa = sich beschwert zu sein befinden = iunctis haud obscure indicatur, quantitatim summae appellabilis generatim, igitur etiam intuitu illius, qui ultra 2000 florenos in bonis habet, non ex petitione sed ex solo gravamine diadicandam esse. Interea vir clarissimus Pürtter in introduct. in rem iudicariam imp. pag. 157. sub not. c. desuper prouocat ad senatus-consultum camerale 1603. conditum et in corp. iur. cam. pag. 564. contentum, quod summan duntaxat grauaminis attendendam esse statuit. Ast, vti videtur mihi, isto camerali senatus-consulso vtique in re ab ipsis iam legibus imperii satis clare exposita opus haud est.

Sin idcirco nihil speciatim statutum sit in priuilegio, summam appellabilem ordinariam augente, etiam summa priuilegii ex quantitate grauaminis aestimanda venit; siquidem, vbi circa exceptionem a regula, circa ius speciale dubium emergit, ad regulam ipsam, ad ius generale recurrentum, ac inde decisio petenda.

Summae appellabili, sive ordinariae sive priuilegiatae, vbi adhuc quid deficit, suppleri id poterit vsuras vna cum forte computando, si nempe pars prouocans coram iudice a quo vsuras vna cum forte simul petierit, nec forte priuilegium summam appellabilem expresse sola in forte (Kapital, Hauptstuhl,) constituerit *); enim uero sin vsurae in instantia inferiore non vna cum forte simul fuerint petitae, grauamen a iudice a quo illatum vtique nec illas afficit, ideoque nec eadem partem summae appellabilis ex grauamine solo aestimandae constituere poterunt.

C

*) Ita rem explicat camera imperii per conclusum pleni de 28. Jun. 1670. LUDOLF ius cam. pag. 171. Id ipsum quoque teste praxi obseruatum in confilio Caesaris imperialis unico, quanquam UFFENBACH de *confilio* imp. aul. cap. 10. pag. 101. contrarium sentiat a casu quippe specialissimo concludens. Saltem legislatio nostra summam appellabilem ex sola quantitate gravaminis determinans haud prohibet, ut usurae, quae non raro etiam obiectum gravaminis sunt, vna cum forte simul computari, et ad supplendum in eadem summae appellabilis defectum adhiberi possint. C. O. C. p. 2. t. 31. §. 10. R. I. N. §. 114.

Usurarum cum forte coniunctio ad supplendum in hac summae appellabilis defectum toleratur etiam in utroque supremo imperii senatu, quanquam priuilegium forte der *Hauptſache*, der *Hauptſtſage*, dummodo non praecise des *Hauptſtuhls*, des *Kapitals* mentionem faciat *). Quod porro plures, ac diuersae, puta, grauaminis summae coniungi queant eo fine, ut integra fiat summa appellabilis lege, aut priuilegio praescripta, praeſertim si coram iudice a quo ex vna, eademque cauſa petitae, et in eadem ab illo decisionis formula coniunctae fuerint, iuri nostro imperii tum scripto, tum non scripto plane analogum est **).

*) Fluit id partim ex analogia iuris patrii istam coniunctionem haud reprobantis, partim ex natura strictae interpretationis cuilibet priuilegio propriae.

**) Enimvero plures, ac diuersae grauaminis summae partiales ex *eadem tamen cauſa* petitae, ac decisae fictione iuris pro vna habentur summa totali perinde, ac plures actiones ex eodem tamen fundamento contra plures, qui diuersa habent fora, competentes,

quae omnes vtique pro vna ac eadem reputantur actione, in vno pariter tantum foro, omnibus quippe reis communi instituenda. Et revera legislatio nostra definiendo summam appellabilem certum solummodo quantum, et quidem ex solo grauamine aestimandum desiderat, praescindens de caetero, vtrum tale quantum ab vna aut a summis pluribus connexis, ideoque pro vna habitis suam habeat existentiam.

Interea tamen expediti iuris est, summam appellabilem nec ordinariam, nec priuilegiatam requiri in *omnibus causis*, vbi grauamen certam aestimationem haud recipit *); cum enim summa appellabilis vtraque in certa consistat quantitate non nisi ex grauamine aestimanda, haec autem aestimatio, per consequens etiam certae illius quantitatis, summam appellabilem constituentis determinatio fieri nequeat, cessante summae appellabilis possibilitate ipsam quoque eiusdem necessitatem cessare, perspicuum est.

*) C. O. C. p. 2. tit. 31 §. 6. vbi verba ita sonant: = = doch sollen hier innen die Sachen iniuriarum, in denen auf Wiederruf geklagt, auch andern, so auf Geld, aber nicht unter 300 Reichsguldener durch den Kläger in seiner Klag ästimir werden, auch Obrigkeit, Gerechtigkeit, persönlich und Felddienstbarkeit, auch andern dergleichen so nicht gewisse Achtung hätten, ob sie gleich unter der bestimmten Summen der 300 (hodie 600) Reichsguldener wären, ausgenommen sein = u. s. w.

Quam dispositionem vtrum antiquorem cum recessus imp. nou, non expresse abroget, eandem tacite confirmare censendus est.

Sin autem pars grauata ob defectum summae appellabilis, aut ordinariae, aut priuilegiatae ad supremum imperii iudicem

appellare nequeat, iudex a quo cum in casum a lege^{*)} iubetur, ad illius instantiam actorum praeiure inrotulatorum aut revisionem, aut transmissionem ad impartiales decernere; iudex a quo vbi unum, alterumue horum iuris remediorum legitimo tempore, ac modo petitum denegat, locus est appellationi^{**)} quanquam summa non sit appellabilis; intrat enim casus, vbi agitur de iure petendi aut revisionem^{***)} aut transmissionem actorum ex ipsa lege quae sit, et cum grauamen inde emergens non recipiat certam aestimationem, etiam summa appellabilis haud attenditur.

^{*)} C. O. C. p. 2. tit. 31. §. 10. R. I. N. §. 113.

^{**) Poterit quoque pars grauata alio vii remedio iuris commodiori, saltem nullis ligato formalibus, querulari nempe, contra iudicem a quo super denegata iustitia aut etiam agere contra eundem in via simplicis querelae, petendo mandatum de transmittendis actis ad impartiales S. C. diffiteri quidem haud possum, partem grauataam, si vno, alteroue hocce iuris remedio sibi succurrat, id sentire commodi, quod nec fatalia nec solennia teneatur obseruare; interea appellatio tribuens effectum executionis suspensuum viderur hic remedium pinguis, minusque odiosum, ac duo posteriora. — Brains Lehrsäze über die Praktik der beiden h. R. G. §. 596. eiusdemque ius germ. priu. pag. 509.}

^{***)} addit recessus imp. nov. i. c. clausulam = jedoch abermals diese Verbörning den Ständen des Reichs an ihren erlangten und hergebrachten Privilegiis, Freiheiten, Landesordnungen und Statuten und sonstigen ohne Nachtheil verstanden, sondern dieselbe in ihren Kräften gelassen werden: = pro casibus quippe non raro contingentibus, vbi parti gravatae ob defectum summae appellabilis via appellationis ad Caesarem haud patet *alicubi* transmissione actorum ad exteros plane prohibita, sed

specialis constituta est reuisionis instantia, coram qua causa de nouo disquirenda, ac decernenda — *alicubi* noua actorum reuiso ea ratione in ysu est, vt causa a reuisoribus tantum de nouo instratur, et dein ad impartiales transmittatur, ab iisdem decidenda — *alibi* sola transmissionis actorum ad impartiales locum habet, quin vel minima tantum fiat a iudice a quo praeviae causae discussio — *alibi* liberum est partibus, actorum aut reuisionem aut transmissionem ad exterios petere. —

Hamburgi extat norma pro causis iudicialibus, iam ante recefsum imp. nou. 1645. condita, ideoque per eundem §. 113. confirmata, vi cuius ob defectum summae appellabilis non ad Caesarem appellare, sed tantum coram iudice a quo reuisionem petere licet; in casu autem, vbi summa appellabilis est, parti ibidem grauatae liberum est, vel appellare ad Caesarem, vel reuisionem petere, quam ultimam tamen viam eligens renuntiare tenetur ulteriori ad Caesarem appellationi. Ast superflua fane videtur mihi ista appellationis expressa renuntiatio, si quidem qui inter duo, quorum unum in effectu idem est, ac alterum, electionem haber, ac unum eligit, alterum spreuuisse, siue eodem vii haud velle, merito censendus est. De caetero istam iudicij Hamburgensis ordinationem etiam in supremo Germaniae foro obseruari docet sequens causa: *Graf Putbus*, modo deßen Wittwe tutorio liberorum nomine und Michael Gottlieb Hofmann contra Peter Godefroy appellationis, nunc restitutionis in integrum secundae, — in hac assicurationis causa Iudicium Vicariale Imperii Saxonum 6 Sept. 1790. processus appellationis, 29. eiusdem mensis etiam restitutionem ex capite minorenitatis et consilium Caesaris imp. aul. 22. Oct. 1792. restitutionem ex capite novorum denegat ex ratione decidendi, sicut iudicium vicariale inde desumpta, quoniam pars appellans coram superiori iudicio Hamburgensi (Obergericht zu Hamburg) reuisionem petendo secundum ordinationem iudicij Hamburgensis appellationi ad suprema imperii tribunalia renuntiauerat.

III.

S e n t e n t i a a q u a

f i t

a p p e l l a b i l i s.

Cum appellatio vi notionis suae communiter receptae sit provocatio a judice inferiori ad immediate superiorem ob grauamen ab illo illatum, profecto ex mente legum, quibus ista suam debet originem, vti et ex ipsa adeo eiusdem natura et essentia haud obscure perspicitur, generatim appellari posse a quoconque *facto iudicis a quo, quod continet grauamen ab ipso haud reparandum*, arg. leg. c. 59. X. de appellat.

Cui principio iuris generali haud dissentit praxis in supre-
mo Germaniae foro, sed solummodo per ius nostrum imperii quoad
punctum deuolutionis praesertim eo ex capite magis determinata
appellationem admittit a quoconque facto) iudicis a quo, quod nec per legem imperii, nec per priuilegium de non appellando limitatum**)* aut alia sanctione speciali***)
inappellabile declaratur

*) Cum enim appellatio, mediante qua pars grauata coram iudice ad quem querulatur non tantum contra suum aduersarium in causa principali, sed etiam contra iudicem a quo in puncto grauaminis, reuera sit *actio*, et quidem *personalis*, descendens ex facto iudicis inique iudicantis, et experientia teste ab omni *facto iudicis* grauante, ideoque non tantum a sententia, sed etiam a citatione, a decreto, alioue eius iussu appellari soleat, vtique generali hoc verbo *factum* denotatur omnis actus iudicis grauamen partis, siue fundamentum *appellationis* continens.

**) O. C. p. 2. tit. 28. §. es soll nicht allein = = C. O. C. p. 2. tit. 31. pr. Tali priuilegio, a certo tantum sententiarum genere appellationem ad suprema imp. tribunalia prohibente gaudent princeps episcopus *Leodiensis*, comites *Hanoniae* et *Reussi in Plauen*, ac inter cuitates imperii *Hamburgum*. LUDOLF ius cam. app. V.

***) Vi resolutionis a Caesare Leopoldo I, Viennae 18 Nov. 1670. datae pars coram iudicio Caesaris prouinciali Sueuico grauata a sententia in possessorio lata non ad suprema imp. tribunalia, sed tantum ad regimen Oenipontanum (sive secundum normam recentiorum ad appellationis tribunal Friburgi in Austria anteriori constitutum prouocare potest. conf. BRAINL ius. germ. priu. pag. 536.

De iure, in legibus imperii scripto*) a nullo plane alio iudicis facto, nisi ab illa interlocutoria simplici quae infert grauamen vel per ipsam adhuc definitiuam**) vel per futuram saltem a definitiuia appellationem reparabile, appellatio ad supremum imperii iudicem interdicta est.

*) O. C. p. 2. tit 28. §. item als täglich = = C. O. C. p. 2. t. 31. §. 15. vbi equidem solum mentio fit interlocutoriae simplicis, quae grauamen infert per futuram saltem a definitiuia appellationem reparabile.

**) Pro hoc casu militat analogia iuris modo adducti tanto potius, quod necessitas appellandi ex natura rei cessare debeat, fin ipsum cessabit grauamen, appellationis fundamentum, i. e. si grauamen per interlocutoriam simplicem illatum per ipsam adhuc definitiuam subsequenter, ideoque in instantia inferiori adhuc reparari poterit.

Legislatio nostra, dum ab interlocutoria simplici sola, ac unica et quidem ab ea tantum, quae grauamen reparabile infert, ap-

pellationem ad iudicia imperii suprema vetat, a regula, quae ab omni iudicis facto grauante*) appellationem ad illa permittit, exceptionem faciendo ipsam utique regulam in casu haud excepto confirmat. — Quae a iudice eodem, in eadem causa, eodemque processus genere, et ex eadem ratione decidendi ad repetitam expositionem partis a priori sententia haud appellantis emanat, sententia dicitur *inhaesua* (Inhabtsurtheil, Inhabtsbescheid) nullibi autem in legibus expresse declaratur inappellabilis; etenim cum ex natura rei sit inappellabilis**) certe, ut pro tali***) haberetur, nulla opus erat speciali legis declaratione.

*) Per arg. I. ex C. O. C. p. 2. tit 31. pr. et tit 32. §. 5. desumum.

**) Ponamus, a iudice ferri sententiam, eandemque nullo intra tempus praescriptum impugnari remedio iuris suspensiō, et ita vires rei iudicatae adipisci; dein a parte per eandem grauata coram eodem iudice meram fieri priorum expositionem, nouumque ad hanc emanare decretum, plerumque ita sonans = hat es bei dem vorigen Bescheid d. d. N. sein Bewenden = sententiae praecedenti, cum nullo impugnata remedio iuris suspensiō in rem iudicatam transferit, certo certius obstat exceptio desertionis, appellationi locum haud relinquens; quo igitur iuris praesidio appellare poteris a decreto subsequente, seu inhaesuo, vtpote quod in effectu nil aliud est, nisi mera repetitio sententiae in eadem causa praecedentis, per consequens eodem pariter laborat appellationis impedimento!

***) Si pars primam haud impugner sententiam, noua tamen post eandem in facto proponat, et secunda non sit mere inhaesua, sive mera primae repetitio, sed plus contineat, quam haec; a secunda, vtpote quae non mera primae repetitio est, ideoque etiam non, vti haec, in rem iudicatam transiit, poterit appellari. MEIUS part. I. dec. 109.

E contrario *expresse permissa est* in legibus imperii appellatio ad Caesarem 1) a sententia, tum *definitiua*, tum interlocutoria tam *praegnante**) quam *simplici irreparabile grauamen inferente***) 2) etiam a *citatione, mandato, decreto,* aliae iudicis ordinatione (richterlichen Bescheide) quae non audita prius parte grauata decerni solet***)

*) O. C. 1487. §. 23. O. C. 1495. tit 20. O. C. 1555. p. 2. tit. 28.

§. 6. p. 3. t. 31. §. 11. R. I. 1594. §. 93. C. O. C. p. 2. t. 32.

§. 2. p. 3. t. 36. §. 1. t. 37. pr.

**) R. I. 1594. C. O. C. p. 2. t. 32. §. 3. p. 3. t. 36. pr. t. 37. §. 1.

***) R. I. 1594. §. 94. C. O. C. p. 2. t. 31. §. 16. = Da die Obrigkeit iure et vi potestatis, atque iurisdictionis für sich selbst, oder auf eines andern Ansuchen ihren Unterthan, oder einen andern außerhalb Gerichts mit beschwerlichen Bescheiden, Gebot- und Verboten, oder auch Geldstrafe gravirt, daß solche Appellationen vermind der gemeinen Rechte angenommen werden. Ex quo legali sane, omnemque fidem merente testimonio patet, ipso iam iure communi appellacionem a mera citatione esse permisam, quanquam quaestio, utrum appellari ab ea possit? adhuc hodie in scholis, forisque nostris vtramque in partem acriter propugnetur. In causa = zu Mainz 4 Domherren v. Huttens zu Stolzenberg, v. Frankenstein, v. Dienheim und Voos zu Waldeck contra den Ritter- und Assistenzrath der oberrheinischen Reichsritterschaft v. Schliederer, und das dortige Direktorium appellationis puncto praetenae prouocationis ex lege diffamari - - decernitur 1778. a dicta instantia equestri contra quatuor hos canonicos cathedralis ciratio ex lege diffam. et, dum citati appellant, concluditur ab illa = wird die a sola citatione besonders ex lege diffamari nicht platz habende Appellation hiermit abgeschlagen, jedoch wär in respectum domini iudicis superioris der Verlauf des, bei den Reichsgerichten üblichen 4 monatlichen fatalis ad introducendum

D

abzuwarten, und bis dahin mit weiteren Erkenntnissen an sich zu halten. — übrigens wird gebetener Extractus protocolli bewilligt. — Ast canonici hoc decreto minime absterriti coeptam appellantonis suae viam prosequuntur, tandem introducendo in aula Caesaris, vbi exhibitis ad libellum grauaminum literis informatorialibus 24. Iun. 1779 processus appellantoris decernuntur. Interea tamen, si non praeceps ad id, quod de iure competit, quam ad id potius quod rebus sic stantibus ratio conuenientiae suader, respiciatur, quandoque magis expedit, aduersus grauamen forsan in citatione contentum alio sibi succurrere remedio minus incommodo, ac sumtuoso, puta, exceptione fori declinatoria, quam vbi index incompetenter citans fundatam deprehender, suam reuocabit citationem, et sic cessante causa ipse pariter effectus, grauamen quippe per citationem illatum cessabit. Sin autem index exceptionem fori declinatoriam reiicit, suae insistendo citationi, ab hac vtique reiectoria adhuc poterit appellari.

Neque in legibus imperii *expresse prohibita est* appellatio ad aulam Caesaris, aut eiusdem, ac imperii cameram a) a *praelocutoria** b) a *provisoria***) c) a *bina, trinae conformi****) d) *ab ipsa adeo executione* forsan grauante.****)

*) Index, vbi praeloquitur tantum, vtique id, quod pars petit, nec decernit, nec directe denegat, ideoque parti grauamen inferre haud praesumitur. — interea tamen exempla docent pleraque, iudicem uni parti magis, ac alteri addictum aut finistra opinione de causa ductum, aut eidem disquirendae omnino imparem praeloqui, vbi nulla plane adest praeloquendi causa, eo solum fine, v pars vel plane a suo abstineat petito, vel aliam eligat litigandi viam, aut alio vtatur medio probandi, quod tamen non suppetit; in hisce casibus, aliisque similibus mera etiam praelocutoria grauamen, et quidem irreparabile inferri poterit.

**) Princeps episcopus *Leodienſis* competere ſibi afferit priuilegium de non appellando limitatum, quod *a prouiforia* coram eo emanante appellationem ad prema imp. tribunalia haud permittit — Si prouiforia iam de iure in theſi foret inappellabilis, adeoque a prouiforia nullius ciuiis Germaniae immediati ad Caefarem appellari poſſet, opus fane haud fuiffet tali priuilegio, *Leodienſem* ſpeciatim prouiforiam inappellabilem declarante. LUDOLF de iur. cam. Sect. I. §. 13. pag. 183. cum MEVIO part. I. Dec. 23. et alii autumat, ſententiam prouifionalem, ac in poſſeſſorio ſumario latam ipſo iam iure communi eſſe inappellabilem, iſtudque eiusmodi priuilegiis tantum confirmari, cum olim abuſus appellationum fuerit tantus, ut conſtitutio ne speciali eſſent impedienda. — Aſt nullibi in iure noſtro communi ſue canonico, ſue romano ciuili prohibitam reperies appellationem a ſententia prouifionali, aut in poſſeſſorio ſummario lata; in quo enim plerique etiam conſentient scriptores iuriſ, id nequidem conſtituit communem docto-rum opinionem, multo minus quodpiam ius, licet etiam a veritate non adeo alienum ſit, communes opinioneſ plerumque communes eſſe errores. Interea certum eſt, ſaepius prouiforia nullum inferri grauamen; aſt leges noſtræ ab ea etiam appellationem non permittunt *nisi ſit grauans*; pluriesque, non ſemper, appella-tio ab eadem *effectu tantum ſuipenſio careret*. I. un. C. fi de momenti poſſ. Tandem non raro etiam, vbi locus haud eft ordinationi prouiforiae, iudex ſuae tamē ſententiae verbum *prouifionis* in-ferit, aut eandem adeo prouiforiam appellat eo ſcilicet fine, ut via praeccludatur appellationi a prouiforia, vt erronee creditur, haud permifſae.

***) Solum ius ſic dictum commune, non quoque, quod in noſtriſ legibus imperii ſcriptum eſt, prohibet appellationem, et quidem haud a duabus, ſed a tribus ſolummodo ſententiis conformi-bus, I. un. C. ne lic. in vna ead. Immediatus Germaniae ciuiſ *de regula*

duas habet instantias, primam, seu inferiorem coram austraegis, secundam, seu superiorem coram Caesare; in exceptione autem *a regula* unicam tantum, ideoque primam statim coram Caesare, si nempe aut omnino non gaudeat iure fori austraegalnis, aut causa ab eodem exempta, sive reseruata sit supremae iurisdictioni Germanicae, vel in sola Caesariis aula, vel in eius ac imperii camera simul exercendae.

Mediatus ut plurimum in territorio, aut praedio sui domini duas, nec plures, nec pauciores habet instantias, et tertiam, sive supremam coram Caesare. — *De regula* igitur, statu nostrae rei iudicariae ita comparato contingere potest casus appellationis ad Caesarem a duabus tantum conformibus, raro autem, et nonnisi extra ordinem *a tribus* etiam, vbi nempe pro mediato tres in territorio domini sui gradatim constitutae sunt instantiae, nec appellationis ad Caesarem priuilegium aut de non appellando illimitatum aut exemptionis fori obstat. Et quod appellatio a tribus conformibus in supremis imperii tribunalibus admittatur, notoria eorundem praxis comprobatur, — NEUMANN *principia processus iudicij imp. aul. hodierni cum differentiis processus cameralis* cap. 5. pag. 60.

Paucis abhinc annis in causa *Cuppanowizs* laiss. f. verwittwete Rittmeisterin contra den. Handelsmann Weiler (ihren Vater) *appellationis puncto editionis inuentarii secundi thori iudicium Caesariis imperiale aulicum appellationem a tribus conformibus admisit, et reuisionem contra denegatos appellationis processus, ideoque contra quatuor conformes peritam non ob defectum deuolutionis, sed grauaminis denegauit. Interea nihilominus tamen adhuc in lucem prodeunt dissertationes vbi quaestio, *vrum in supremo Germaniae foro contra tres conformes peti possit reuiso?* fusius disquiritur.*

*****) Cum ex generali iuris principio, ipsis adeo legibus imperii probato appellari possit a quoconque facto iudicis sive ordinarii,

sive delegati grauante, ecce locus haud effet appellationi a modo executionis *excessivo*, alioue decreto commissarii exequentis, quod grauamen praesertim ab eo haud reparandum infert? probatur id porro per argumentum legis ex aurea bulla desumptum, quae cap. II. §. 3. electoribus largitur ius de non appellando speciatim ab eorundem *praeceptis* aut *executionibus*; quae exceptio a regula pro solis electoribus constituta sane superflua fuisset, si ceteroquin de iure in thesi ab executione, aut a praecepto (igitur ob paritatem rationis et a citatione) appellari haud posset.

Nec rarae sunt huius generis appellationes in summis imperii tribunaliis receptae.

LUDOLF de iur. cam. Sect. I. pag. 190. 207. vbi defuper provocat ad testimonium decretorum extraiudicialium in appendice 8. allegatorum.

IV.

I u d e x a q u o
f i t
i m m e d i a t u s.

Cum pro incolis vnius, ac eiusdem territorii plures instan-
tiae gradatim superiores eo praesertim fine fuerint constitutae,
vt, quod in dicendo iure peccatur ab una, ab altera, puta, im-
mediate superiori corrigatur, et inde instantia quaelibet, inter-
media aequa, ac infima, et summa, idem ius habeat ex fine
instituti sui quaesitum, fin eandem ordo tangat, super causa
litis cognoscendi, instantia profecto intermedia, sive secunda sit,
sive tertia, neutiquam praeteriri potest; — nata inde regula

iuris notoria, *appellationem fieri debere gradatim, non per saltum* 1. I. §. 3. I. 21. d. d. appell. ius prouinc. Sax. lib. 2. art. 12. O. C. 1495. tit. 9. C. O. C. p. 2. tit. 32. pr.

Licet quandoque tamen per saltum ad suprema imperii tribunalia appellare intermedium praeterundo iudicem, de quo exceptionis casu legislatio nostra *) ita statuit = es wäre dann, daß der nächste Unterrichter dem Appellantem kündiglich das Recht versagt, oder der Sachen verwandt, oder sonst aus rechtmäßigen Ursachen in der Sache nicht Richter sein könnte, oder wollte . . .

*) O. C. 1555. p. 2. t. 29. §. I. C. O. C. I. c.

Pro saltu autem appellationis minime haberi poterit, quando mediatus Germaniae ciuis a iurisdictione iudicij caesareo-prouincialis necdum exemptus a superiori iudicio domini sui non ad illud *) aut subditus immediati nobilis a domino suo non ad huius cantonem equestrum priuilegio primae instantiae gaudentem **) sed immediate ad alterutrum Germaniae supremum tribunal appellat; enimvero et hic et illud de regula in prima tantum instantia iuris dicendi facultatem habet, ad ordinem vero iudiciorum territorialium omnino non pertinet, multo minus intermediam ibidem aliquam constituit instantiam.

*) Ex innumeris fere, quae olim extiterant, iudiciis Caesareo-provincialibus (kaiserliche Landgerichte) solummodo quatuor fuere retenta, 1. *Franconicum* quippe (das kais. Landgericht in Franken Burggrafs-thums Nürnberg) a marchione Onoldino, 2. sic dictum *Suevicum* (die kais. Landvogtei in Schwaben) ab archiduce Austriae, 3. *Rothwicense* (das kais. Hofgericht zu Rothweil) a principe de Schwarzenberg. 4. *Rhe-*

nanum (Der Königliche Schöffenstuhl zu Aachen) a magistratu ciuitatis
Aquisgranensis nomine Caefaris administrandum.

Secundum hodiernam rei nostrae iudiciae formam entia pro-
fecto superflua videntur, cum sua ciuibus Germaniae immedia-
tis, ac mediatis fora tum inferioris, tum superioris instantiae suf-
ficiencia sint assignata. Iurisdictionem nempe caesaream, quodli-
ber in definito districtu suo, adhuc hodie exercent, non amplam
adeo, vti olim, in ciues imperii ab iis needum exemptos, tam im-
mediatos, etiam status cum supremis imperii tribunalibus, quam
mediatos cum foris horum primae instantiae territorialibus concur-
rentem.

Hodierna eorundem iurisdictionis equidem multis exemptionibus
valde limitata est, non autem, vti assertur, omni vsa destituta,
cum singulis fere annis pluries ab iisdem ad supremum Germaniae
forum appellari videamus, et appellatio a iudice inferiori supponat,
quod es iurisdictionem habeat, eandemque actu exercet.
De regula autem iurisdictionis eorundem quodam *primam* tantum instantiam
fundata est, — nec enim olim iurisdictionem in superiori quo-
que instantia exercerunt, nec ea ab villa lege imperii recentiore
ipsis concessa legitur; iudicium curiae imperialis Rothwilense (das
kais. Hofgericht zu Rothweil) quanquam primum sit inter reliqua iu-
dicia Caesareo-prouincialia, concurrentem cum his omnibus iuris-
dictionem exercens, et ipsam adeo aulam Caefaris representans,
ius tamen recipiendi *appellations* eidem haud competere, con-
stat partim ex ordinatione eius a Maximiliano II. 1572. condita,
vbi aequa, ac in prioribus eiusdem ordinationibus, ne minima qui-
dem vel ipsius huius iuris, vel modi id exercendi fit mentio, par-
tim ex propria eius sententia in augusto camerae imperialis iudicio
producta, huius tenoris = in Sachen Geigers contra die Schlappe-
rißische Erben zu Ravensberg ist erkannt, weil laut protocolli in Sa-
chen schon judizirt, folglich das forum praeuenire, diesem nach auch die

Sache schon vormals remittit worden, zumal dieses kais. Hofgericht allein pro causis simplicis querelae nicht aber *appellacionis* fundirt ist, als läst man die Sache nochmals bei vorigen Bescheid lediglich bewenden — Geben mit Urtheil, und disz kais. Hofgerichts zu Rothweil aufgedruckten Sekret besiegelt Zünftags (i. e. die Martis) nach Hilarii 1703.

Nec regula haec ab omni exceptione immunis est, vt itaque vi pacti aut obseruantiae etiam ad aliqua saltem iudicia caesareo-provincialia appellari soleat.

Ex causa Hofmann Brüder, contra die Erben der Kammerräthin Hofmann appell. den väterlichen Liberationszettel betr. vbi appellantes in aula Caesaris 1783. 1785. et 1793. contrarium votis suis decisum obtinuerunt, patet, a senatu secundo Anoldi ad iudicium Caesareo-provinciale ibidem appellari. Porro ex causa *Kinotte* contra viduam *le Gros* appellacionis paucis abhinc annis a iudicio caesaris imperiali aulico ad reformatoriales denegatae constat ex territorio Leodiensi a scabinis Trudonopoli (zu Sanktron) appellari ad scabinos sedis regiae aquisgranensis (königl. öffentl. Stuhl zu Aachen) ait Trudonopolis vel immediata est, vel mediata, principi scilicet episcopo Leodiensi subdita; in primo caufo ad supremum statim Germaniae forum, in secundo autem ad supremam in territorio instantiam, puta, ad consilium ordinarium Leodii de *regula* a scabinis Trudonenibus appellari deberet. Interea ipsum adeo consilium ordinarium Leodii in suis literis informatorialibus, quas in causa *Boggardorum patrum Prior*, ac *conuentus in Sepperen*, contra *notarium Hendrix app.* adhuc pendente coram supremo senatu caesareo-imperiali aulico exhibuit, fatetur, istam a scabinis Trudonenibus, aliisque locis ad territorium Leodiense spectantibus appellacionis viam a regula difformem, esse receptam, fundarique in pacto, principem episcopum Leodiensem inter, ac magistratum aquisgranensem 1576. inito, et ab augusta imperii camera confirmato.

**) Canto sic dictus equestris imperii (Reichsritterkanton) ratione instituti sui corpus mere politicum est, et qua tale nullam in membra nobilitatis immediatae sibi adscripta, eorumque subditos habet potestatem sive legislatoriam, sive iudicariam, sed meram inspectiōnem sub auctoritate perpetuae commissionis caesareae exercendam.

Plurimis tamen inter quatuordecim nobilitatis immediatae cantones concessum est a Caesare *priuilegium primae instantiae*, vi cuius concurrentem cum supremis imperii tribunalibus primae instantiae iurisdictionem sua in membra exercent; forumque hoc privilegiatum solis, non tamen omnibus a) immediatis imperii nobilibus proprium, et ab iisdem pariter administrandum vocari paſſim solet *instantia imperii equestris* (die *Reichsritterinstanz*).

a) Cantones nobilitatis immediatae ad Rhenum omnes eodem gaudent; In Franconia solus canto sic dictus *Odenwald* eodem deſtitutus est, et in Suevia duo ſolummodo cantones illud habent, nimirum cantones ſic dicti *Kreigau* et *Schwarzwald*.

Quae instantia equestris non in aliqua lege imperii, ſed in ſola Caefaris gratia ſe fundans erronee habetur pro *vnica nobilium immediatorum instantia austraegali*; ius enim fori austraegalium nobilibus imperii immediatis *omnibus*, nullo cantone excepto, eodem modo, ac praelatis, et comitibus imperii, exprefia lege ſcriptum eft C. O. C. p. 2. t. 3. et 5. quo iure autem feri austraegalii, vtut nobilibus ſingulorum cantonum communis deſtituti tamen forent nobiles, quorum cantones priuilegio primae instantiae haud gaudent. Expediti porro iuris Germanici eft, personam inſtituto austraegarum legalium comprehenſam ſecundae claffis, pura, praelatum, comitem, nobilium imperii immediatum coram iisdem a mediato conueniri haud poſſe, LUDOLF l. c. pag. 39. et tamen teſte experientia foreni immediati nobiles a ſuis ſubditis, aliisque mediatis coram ſua equeſtri instantia conueniri ſolent, b) quod reuera feri minime poſſet, ſin instantia no-

bilium immediatorum equestris corundem foret instantia austraegarum legalium.

b) In Sachen der Gemeinde des Ritterguths zu Burglesau in Franken contra v. Eglofstein Obmann und das adeliche Gemeingeschlecht wegen Handlohn nunc v. v. appell. ab instantia equestri Franconica Gebürg, quae causa adhuc in aula Caesariae indecisa pender.

Cum autem cantones imperii equestres vi suae constitutionis nullam penitus sua in membra iurisdictionem habeant, ac illa iurisdictioni facutas, quam per merum Caesariae priuilegium obtinuerunt, nominatim ad *primam tantum instantiam* restricta fit, perspicuum est, eandem quoque haud vterius extendi, aut in superiori pariter instantia exerceri posse; cui accedit, istam iurisdictionem, quam cantones per modum perpetuae commissionis caesareae exercent, mere *delegatum* arg. l. 5. C. de iud. et ex eo simul capite de regula in causis tantum simplicis querelae fundatam esse c. 22. de rescript. c. 33. X. de off. iud. delegat.

De cetero tamen constat, in causa Elias Leder, contra die Neheimerischen Erben appellationis paucis abhinc annis in aula Caesariae delegatae antea a iudicio praediali baronis de Falkenhausen ad Franconicum cantonem imperii equestrem Altmühl, qui priuilegio primae instantiae gaudet, appellatum, et appellationem ab eo receptam fuisse.

Tandem in causa Glaubrechitiae creditores contra Glaubrechtin *puncto dotis et illatorum* vbi Ochsenfurt in Franconia inferiore a praefectura cathedralis capituli Herbipolensis subalterna ad dictum capitulum, ab hoc ad regimen principis episcopi Herbipolensis, et ab eo tandem ad aulam Caesariae ante sex circiter, septemue annos appellatur, capitulum, notorie corpus mediatum, ideoque subditum, quanquam ius recipiendi appellationes a doctrina nostri iuris patrii pro indubio superioritatis territorialis signo depraedetur, istud tamen in facie sui domini nequidem contradicentis exercuit.

Quibus praefunctis concludo, appellari posse ad supremum imperii iudicem sin appellatio aliunde impedita haud sit, ab omnibus iudiciis Germaniae *eidem immediate subiectis* *) et ita quidem, ut appellans vel *alterutrum* summum imperii tribunal elegere possit, vel solummodo *vnum* excluso altero adire debeat.

*) C. O. C. p. 2. tit. 31. pr.

Elective igitur ad *vnum*, alterumue supremum imperii tribunal appellari potest, ac solet 1) a iudiciis imperii caesareo-prouincialibus *) 2) a iudiciis Germaniae immediatis territorialibus **) 3) ab instantia, a) tum austragali, b) tum equestris.

*) Sermo itaque hic non est de iudiciis prouincialibus caesareis hinc inde adhuc existentibus, quae equidem *Caesarea* dicuntur, reuera tamen talia non, sed iudicia statuum territorialia, et quidem media- rata sunt, vti *iudicium prouinciale caesareum Heripolense das kais. Landgericht zu Würzburg*, quod olim immediatum fuit, pro hodierna autem rei iudicariae structura superioritati principis episcopi Heribopolensis territoriali subest; enim uero ex mero praedicato *caesareum* concludi haud potest ad immediatorem imperii, — abbatia ad S. Maximinum immediata olim, in ipsa adeo antiqua imperii matricula de 1521 inter status recensita, paulo post autem a suomet ipso abbatе Ioanne ab Isenburg insimul archiepiscopo Treuirenſi cum onere ex- emta, huius superioritati in temporalibus hodiedum subest, et ta- men, vt ut mediata, isto adhuc vti solet praedicato: *kaiserlich*. Idem dicendum de iudiciis quibusdam caesareis prouincialibus in Austria anteriori (die kais. königlichen Landgericht zu Bregenz, Günsburg, Stoß- kach, Sulzau &c.) quae iudicia, non imperii, sed archiducatus Austriae anterioris territorialia, ac insimul mediata sunt. De cetero, sicut olim a iudiciis caesareo-prouincialibus generatim prouocari solebat ad

iudicium sic dictum regni, vnicam quippe eo tempore appellationis instantiam, ita hodie pariter ad surrogatum huius, puta, ad alterum imperii supremum tribunal a quolibet iudicio prouinciali caesareo adhuc existente appellatur.

Exceptionem tamen ab hac regula fundat iudicium caesareo - provinciale Sueicum, a quo vi resolutionis a Caesare Leopoldo I. 18. Nou. 1670. ad grauamina statuum Sueicorum emissâ non ad supraem imperii tribunalia, sed ad regimen Oenipontanum, sive secundum normam recentiorem ad appellationis tribunal Friburgi in Austria anteriori constitutum appellari debet quando 1) *is, qui coram iustis iudicio partes rei sustinet, archiduci Austriae subditus, vel generatim mediatus* 2) *bonum, de quo litigatur, in Austriae territorio situm* 3) *sententia non in petitiori, sed in possessorio lata est* — BRAINL ius germ. priu. pag. 536. Ex hac resolutione patet, appellationem inuerso ordine fieri etiam posse a iudice superiore ad inferiorem, puta, a Caesare ad archiducem Austriae.

In aliis igitur casibus haud exceptis appellatio supremo Germaniae foro manet reseruata.

**) nimur a *regiminibus et iudiciis* principum imperii ecclesiastico- rum, seculariumque aulicis, a *praefecturis* praclatorum, comitum, nobiliumque imperii immediatorum *superioribus* (Oberämtern) a *magiistratibus* ciuitatum imperii; et perinde est a) sive in hisce iudiciis immediatis tractentur causae civiles, aut feudales, sive seculares, aut ecclesiasticae, puta, mixtae. b) sive persona iudicis officio ibi fungens laica sit, sive ecclesiastica, — hinc etiam ab *officiali Leodienſi*, ac *Monaſterienſi*, vterque licet persona ecclesiastica sit, in causis tam secularibus, quam ecclesiasticis mixtis vel ad aulam Caesaris, vel ad eius, ac imperii cameram appellari solet.

***) Austriae sive legales fint, sive conuentionales, aut priuilegiate, cum haec non minus, ac illae, immediatis eo potissimum fine fint indultae, vt duas saltem instantias, ac simul utrūque possint beneficio appellationis omnibus grauatis *communi*.

Ast et regula haec, quod a foro in Germania immediato immediate pariter, ac vnicē ad neminem aliū, nī ad Caesarem appellari debeat, suam patitur exceptionem fundatam in pacto, aut obseruantia speciali, vi cuius hinc inde ab instantia vtut immediata non tamen immediate ad supremum imperii, sed ad alterius immediati ciuiis superius tribunal *) prouocari solet.

*) Per pactum ab immediatis imperii pagis Gochsheim et Sennfeld cum principe episcopo Herbipolensi 1575. initum hunc illi in suum assument protectorem, quin tamen agnoverint simul territorialem eius superioritatem, aut in specie obligationem, a suo sculteto imperii (Reichsschultheis) appellandi ad eundem; manserunt igitur *immediati*, et in supremo Germanorum foro ad hodiernam vsque diem pro talibus habiti fuerunt. Interea tamen vi conventionis tacitae ab immediato eorum sculteto non immediate ad Caesarem, sed ad principem episcopum Herbipolensem appellatur, quia nempe non statim ab initio infolio huic appellandi modo contradixerunt. — **LUDOLF** ius cam. Sect. I. pag. 26. Sic etiam a quarundam imperii ciuitatum magistris vtut suprema ibidem instantia, ideoque immediata, non immediate ad Caesarem, sed ad superius iudicium constatus, idem ciuitatis imperii nomen simul gerentis appellatur.

Richtung, Entscheid und Verträge zwischen dem Herrn Bischoffen und des heiligen Reichs Stadt Worms anno 1519. art. 28.

Cessat autem electio supremi alterutrius fori, quando quis grauatur coram *commiffario archidiaconstriali*; vbi pars grauata ad illud praecise sumnum imperii tribunal, a quo commissio decreta est, aut vnicē dependet, appellare tenetur; — fundatur veritas huius principii a) in regula iuris communis sat nota, vi cuius a commissario appellari debet ad iudicium committens; b) in ipsis adeo legibus imperii, istam iuris communis dispositio-

nem expresse confirmantibus, c) in praxi germanica iudiciali, vi cuius ab aulico iudicio Caesaris mareschalico*) ab eiusdem plenipotentia in causis italicis, et ab eiusdem commissione libraria (kais. Büchercommission zu Frankfurt) ad solum eius consilium imperiale aulicum prouocari solet, eo quod hae commissiones a Caesare tantum sua in aula, non simul in sua ac imperii camera dirigantur, et ideo consilium eius imperiale aulicum intuitu earundem vicinum sit iudicium committens. Ast non tantum ab hisce commissioneibus perpetuis, sed ab aliis insuper temporalibus, et quidem ad suum a qualibet supremum imperii iudicium committens tantum appellari, innumera ex actis archidiaconatalibus exempla comprobant.

*) Iudicium isthoc mareschallicum cesareo - aulicum (das kais. Hofmarschallamtgericht) quod a mareschallatu pro terris caesareo - regio - hereditariis instituto curate distingui debet, in ordine ad consilium Caes. imp. aul. se haber delegati instar iudicii, cui quippe hoc aequae, ac cancellaria caesareo - imperialis aulica, certas personarum gremio suo adscriptarum causas mediante decreto per imperatorem delegare solet, et quod igitur ex analogia iuris generali in tractandis hisce causis eadem, qua iudicium delegans, norma vti debet. Ipsa contra grauamen istius querela in iudicio imp. aulico instituta ab ordinatione huius de anno 1654. tit. 2. §. 10. et tit. 7. §. 5. non appellatio, sed reuifio, ac supplicatio nominatur, cum genio rei Germanorum iudiciaiae haud dissentire videatur, coram superiore etiam iudice contra grauamen inferioris reaisionem peti posse. — Brants Lehrfâze über die Praktick der beiden hâchsten Reichsgerichte S. 36 - 38. Tempus autem ipsum, intra quod supplica pro reuifione actorum coram iudicio imperiali aulico introduci debet, iure scripto haud definitum est, sed vi obseruantiae, ex actis antiquioribus (si-

quidem eiusmodi casus raro contingunt) deductae in triginta diebus confitentes statuitur. Supplica pro tali reuisione cum in effectu verum sit appellacionis analogon, vtique pars grauata parum, aut nihil peccaret, multo potius sarta, tectaque foret contra lapsum fatalis forsitan adhuc contentioſi, fin ad normam iuris communis a legibus imperii conformatam coram iudicio mareschallatus Caſfareo-aulici supplicam pro reuisione intra decem dies interponeret, actisque simul intra triginta dies requisitis, eandem denuo intra quadrimestre coram iudicio Caſfaris imperiali aulico introducens.

De caetero coronidis loco hic notandum, imperatorem Iosephum II. dum post obitum auguftissimae matris suae Mariae Theresiae statum rei iudicariae, praefertim terras suas hereditarias respiciens, reformabat, officium mareschalli aulici ipsum, tum caſfarei, tum pro terris hereditariis constituti hand ſuſtulifē, cum in ſolenitatis publicis, ſpeciatim in ineſtituris coram throno, ſive Caſfareo, ſive regio-archiducali vtrumque hodie adhuc exerceri videamus. Ordinavit folummodo legislator ſapientifimus, vt mareschallatus vterque, qui ſub anteceſſoribus suis iudicium perenne formatum erat, in ea qualitate ceſſaret. Interea caſu emergente, vbi conſilium Caſfareo - imp. aul. aut cancellaria imp. aulica mareschallo Caſfaris aulico cauſam delegat, hic cum quibusdam aſſefforibus ex alio tribunali auffriaco deputatis ſuo iudicis delegati officio fungitur.

Contrariam tenent ſententiam plerique*) ſtatuentes, a commiſſione in iudicio Caſfaris imperiali aulico decreta vel ad hoc, vel ad cameram imperii, et a commiſſario, quem camera imperii denominauit, vel ad hanc, vel ad aulam Caſfaris appellari poſſe, et quidem ex argumentis praecipue his, quod a) committeſtis ſit vtrobiq; Caſfar ipſe, cuius ſcilicet nomine vtrobiq;

iurisdictio imperii exercetur; b) a commissione austrae gali, quamquam in sola Caesaris aula peti ac decerni debeat, secundum ipsam adeo ordinationem iud. imp. aul. tit. 2. §. 5. vel ad hoc, vel ad cameram imperii appellare liceat.

*) TAFINGERI institutiones iurisp. cam. sect. 3. tit. 13. pag. 362. vbi pariter citantur. Lib. Baro de CRAMER in obs. iur. uniu. p. 886. IDEM in Wezzlarischen Nebenstunden Theil 9. p. 50. RODING in pand. cam. I. 1. tit. 23. §. 5. LAUTERBACH in coll. theor. pract. I. 49. tit 2. §. 1. GAIL. I. 1.

Ast ex primo, quod in medium proferri solet, arguento, *Caesarem utroque ipsum esse committentem*, sequeretur re vera, omnes pariter causas simplicis querelae ad vnum, alterumve supremum imperii tribunal deferri posse, nullamque penitus consilio imperii aulico reseruatam fore, cum Caesar utique supremam iurisdictionem suam in uno aequo ac in altero exercet, — quando camera imperii commissarium denominat, Caesar equidem, cuius scil. nomine commissio decernitur, committens est in sola quippe camera imperii, non in sua simul aula, — quando contra citationem, aut mandatum camerae imperialis delictum committitur, nonnisi poena fiscali corrigendum, quamquam eiusmodi mandatum, aut citatio actus sit iurisdictionis caesareae, in utroque supremo Germanorum foro exerceri solitae, actio tamen penal is a fiscali Caesareo, non aulico sed camerale, neque vel in aula Caesaris, vel in eius ac imperii camera, sed in hac sola, cuius quippe iurisdictio ob causae consequentiam fundata est, intentari potest.*). Ex eodem igitur

jurisdictionis fundamento pars coram commissione archidicasteriali grauata ad illud praecise supremum imperii tribunal, a quo commissio emanavit, prouocare tenetur. Ex eo tandem quod a commissione austraegali, quamquam in sola Caesaris aula peti, ac decerni debeat**) nihilominus tamen vel ad hanc, vel ad cameram imperii appellare, in ord. iud. imp. aul. permisum sit, minime sequitur, istam pariter supremi fori electionem parti ab aliis commissionibus Caesareis appellanti competere, cum dicta lex ita disponens exceptionem***) tantum a regula fundet, regulamque ipsam in casibus haud exceptis confirmet.

*) RODING pand. cam. lib. I. tit. 7. CRAMER sist. proc. imp.

**) C. O. C. p. 2. t. 5. pr.

***) O. I. I. A. tit. 2. §. 5. = wenn nämlich vermög der Anträge, und mit diesen ausdrücklichen Worten eine Kommission bei uns angesucht wird = quae verba legis restrictiva sunt, haud de alia commissione caesarea ac de austraegali intelligenda.

V.

I u d e x a q u o
n o n g a u d e a t
priuilegio appellationem omnino prohibente.

Ius speciale ex indulitu Caesaris competens, vi cuius appellatione ad eundem non restringitur tantum, sed omnino cessat, priuilegium dicitur de non appellando illimitatum. — Priuilegium de non appellando limitatum nonnullis principibus, tum ecclesiasticis, tum secularibus, comitibus, ac ciuitatis imperii concessum appellationem ad supremum in Germania iudicem non penitus tollit, sed

F



eatenus restringit tantum, quatenus aut appellans tenetur, praeter consueta quatuor fatalia, insuper certa quaedam solennia coram iudice a quo obseruare, puta, eidem florenum aureum soluere, iuramentum appellationis, cautionem, vel pecunias sic dictas succumbentiae praefare, aut summa appellationis ad maius quantum aucta, vel certa solummodo causa, vel certa iudicis a quo sententia inappellabilis declarata est.*)

*) Quod Caesar id genus priuilegiorum, supremae iurisdictioni suae plus, minusue detrahentium possit impetriri, constat 1) partim ex principio iuris generali, a nostris imperii legibus necdum reprobato, quod quilibet (igitur et Caesar) aut iure suo vti, aut ab vsu eiusdem vel in totum, vel pro parte tantum abstinere possit, 2) partim ex R. I. N. §. 115. vbi istud Caesari referutatum hisce verbis describitur bei Uns als römischer Kaiser, von dem diese, und andere dergleichen Be gnadigungen herrühren = Negari tamen minime potest, ab electoribus in litteris sic dictis collegialibus eligendum Caesarem rogari, ne vltiora concedendo eiusmodi priuilegia supremae iurisdictioni suae, huiusque (quod inde sequitur simul) fructibus, puta, taxae redditibus, cœu vnico cancellarium imperii tum aulicam, tum cameralem sustentandi medio, nimium detrahatur. In cap. nou. art. 18. §. 6. ordinatur = In Ertheilung aber der priuilegiorum de non appellando, non euocando, electionis fori und vergleichen, welche zu Ausföhlung, und Beschränkung des heil. Reichs Jurisdiction, oder der Stände ältern Privilegien, oder sonst zum Präjudiz eines tertii ausrinnen können, sollen und wosfern wir die Nothdurft väterlich beobachten.

Priuilegium de non appellando illimitatum hodiedum habent electores ad vnum omnes *) et praeter hos aliqui infuper principes imperii seculares, principis praedicato iam ante annum 1582. passim gaudentes (altfürstliche Häuser) **) Electoribus ***) iam in

aurea bulla cap. 11. §. 3. obtigerat, sed recentiori demum aeno per nouas concessiones fere cuiolibet eorum speciatim factas renouatum.

*) Coloniese priuilegium hactenus nomine tantum, non re ipsa, erat illimitatum. — 1653. elector Colonensis cum statibus suis prouincialibus pactum iniuit, vi cuius ab eodem ad supraem imperii tribunalia appellari poterat, quando obiectum litis haud excedebat mille aureos rhenenes, aut sententia in possessorio erat lata, haud reseruato tamen petitorio. LUDOLF de iur. cam. app. 5. p. 174. Aet sub electore nunc regnante priuilegium Coloniese ad originarium suum priuilegii de non appellando illimitati vsum rediit. Notatu dignum est conclu- sum iudicij caesareo-imperialis aulici hac super re emanans — • *

Jouis 31. Aug. 1786.

„Zu KÖLN Herr Kurfürst pto. priuilegii illimitati de non appellando, sine Thro Reich Maj. machen sub praefentato hodierno Dero gehorsamsten Reichshofrath allerhöchstero Entschließung über die, von Kur-KÖLN mit seiner Landschaft getroffene Einverständnis zu voller Ausübung gedachten priuilegii, und darnach errichteten Reunions-Gerichts- erbnung zu deren Nachdrückung per Decretum allergnädigst bekannt cum „2 adiunctis.

„Legitur decretum caesareum und soll demselben die allerunterthänigste Folge geleistet werden.

Ignaz v. Hofmann.

**) LUDOLF de iur. cam. append. 5. TAFINGERI instit. iurispr. cam. Sect. 3. pag. 384-391.

***) Puta, electoribus aureae bullae coaeuis.

De cetero, cum triplex a facto iudicis grauante ad Caesarem prouocandi pateat via, vel appellandi, vel instituendi querelam nullitatis, vel protractae aut denegatae iustitiae, et priuilegium de non appellando illimitatum, vt pote ad certam tantum prouocationis speciem *) limitatum, omnes quidem, sed solas quoque ap-

pellationes, non alias insimul ad Caesarem prouocationes prohibeat, et generatim omne priuilegium, praefertim autem hoc iurisdictionem caesaream tantopere diminuens stricte, et verbotenus fit applicandum, euidens est, id 1) vltra casus appellationis ad ipsas adeo nullitatis, protractae aut denegatae iustitiae querelas**) haud extendi posse, 2) nec locum habere in causis, vbi priuilegiatus ipse aut a suis subditis in proprio iudicio, aut vel ab his, vel ab alio actore coram instantia austraegali conuenitur, 3) tandem nec valere, nisi pro iis terris, pro quibus nominatim ***) concessum est.

*) Dicitur quippe priuilegium *de non appellando illimitatum*; secus foret, si latior esset verbi significatus ita sonans: *de non prouocando*; *appellatio* enim in sensu iuris non qualemcumque prouocationem, sed certam tantum, ac determinatam huius speciem, a querela tum nullitatis, tum protractae aut denegatae iustitiae distinctam denotat; verba autem praefertim priuilegii, quod ex natura sua strictae interpretationis est, nunquam vltra id, quod significant, extendenda sunt.

) Aurea bulla, dum cap. II. §. 3. isthoc ius singulare pro electoribus constituit, expressis hisce vtitur vocibus *appellare*, *appellationes*, dicerisque verbis decernit, tali legis beneficio, appellationem prohibente haud simul comprehendi querelam denegatae iustitiae * nulli liceat appellare quamdiu *** querulantibus non fuerit iustitia [denegata] *** Cum autem querela nullitatis, puta, insanabilis perinde, ac querela protractae aut denegatae iustitiae, nullis ligata sit fatalibus, solennibus obseruandis, cum porro, quod in vna, idem pariter ac in altera ad punctum devolutionis requiratur, ideoque vna alteri quoad effectus iuris vbiique in legibus nostris omnino aequiparetur, quis dubitabit, id, quod aurea bulla l. c. intuitu querelae super denegata iustitia disponit, de querela nullitatis insanabilis simul esse intelligendum. Hinc etiam in priuilegiis de non appellando illimitatis nouioribus solum eo fine, vt eorundem abfui praeceauetur, Caesar

exprefſe ſibi ſolet referuare querelam nullitatis iſanabilis, protractae et denegatae iuſtitiae, quanquam priuilegium ſolam appellationem interdicens, quale eſt de non appellando illimitatum, non simul et has prohibeat querelas, — vid. priuilegium Mecklenburgicum apud Hāberlin Repertorium des deutschen Staats- und Lehrechts. Dritter Theil S. 440 = 442.

Quod porro etiam contra eos, qui tali priuilegio gaudent, querela tum nullitatis iſanabilis, tum protractae et denegatae iuſtitiae in ſupremo Germanorum foro institui, admittique ſoleat, acta ibidem judicialia ſat abunde conteinantur.

*** LUDOLF de iur. cam Sect. I. pag. 179.

Ne autem ſubdi eius, cui confeſſum eſt tale priuilegium, de-terioris, ac alii Germaniae ciues mediati, conditionis forent, acertia, ſupremae instantis forte defituerentur, in ipſo ſimul privilegio ordinari ſolet, vt ſupremae iurisdictioni Caſareae eo modo eſſiant alia in territorio priuilegiati ſubſtituatur instantia appellationis ſuperior.

Tandem notorii iuris eſt, in noſtriſ imperii legibus ſcripti, quod ſuprema imperii tribunalia teneantur obſeruare priuilegia de non appellando ſibi rite iuſtuata *)

*) Receſſ. dep. 1600. §. 18. C. O. C. p. 2. tit. 31. §. 12. 13. R. I. 1570. §. 70. I. P. O. art. 5. §. 56. R. I. N. §. III. 123. Ord. iud. imp. aul. tit. 7. §. 24. R. V. 1713. §. 9.

VI.

I u d e x a q u o

n o n f i t

plane exemptus a iurisdictione Caſarea.

Penitus a iurisdictione Caſarea exempti ſunt, vt adeo nec in prima, nec in ſuperiore instantia coram ſupremo Germanorum

G



foro conueniri queant, et quidem per pactum de anno 1548. *Dux Burgundiae**) per varia Caesarum priuilegia *archidux Austriae***) ac denique per obseruantiam *rex et elector Bohemiae*.***)

*) SCHMAUSII corp. iur. pub. fac. rom. imp. acad. pag. 118. seq.

**) LUDOLF de iur. cam. catalog. priu. claf. 2. pag. 17.

***) IDEM ibidem claff. 1. pag. 10.

Nihilominus tamen priuilegium exemptionis austriacum suas habet exceptiones in eo consilentes, vt non tantum in casu fractae pacis publicae archidux Austriae coram alterutro supremorum imperii tribunalium conueniri, sed contra illum insuper in his querela denegatae saltem iuslitiæ instituti possit*). Dux Burgundiae vero vi allegatae transactionis de anno 1548. in casu vnico, si nempe in solutione eius, quod pro sua parte ad sustentationem camerae imperialis contribuere debet, morosus sit, huius iurisdictioni subiectus manet**).

*) LUDOLF l. c.

**) SCHMAUS l. c. vbi expressis porro verbis sanctum habetur, vt *dux Burgundiae extra hunc casum ab omni Caesaris, ac imperii iurisdictione in prima, secundaque instantia fit-exemptus* – igitur ne denegatae quidem iuslitiæ querela, licet eadem in aliis omnibus priuilegiis, sive ius de non appellando illimitatum, sive ipsam adeo exemptionem fori tribuentibus Caefari reservatam deprehendas, multo minus querela nullitatis contra ducem Burgundiae in supremis imperii iudiciis moueri poterit, verba enim transactionis = und unser, und des Reichs Jurisdicition in erster und anderer Instanz geubriget, und gefreiet seyn. = in significatu ita generali concepta quamlibet speciem provocacionis ad Caefarem excludunt.

De caetero expediti iuris germanici est, status imperii, qui exemptionem a iurisdictione imperii sive per pactum, sive per priuilegium, aliquo iusto titulo obtinuerunt in possessione eiusdem esse manutendos, id promittit Caesar in capitulatione sua*) simulque spondet se haud permisurum esse, ut status imperii ab huius iurisdictione propria auctoritate et via facti se eximat.

*) Cap. art. 18. §. 1. 2.

VII.

C o n f e c t a r i a
puncto deuolutionis
c o g n a t a.

Ex hisce requisitis, vbi vel minimum quid puncto deuolutionis deest, locum habet *exceptio non deuolutionis*, quae in suprema isthac appellationis instantia perinde, ac exceptio desertionis, litis alibi pendentis, cet. fori declinatoria est, ideoque eodem modo, ac exceptio fori declinatoria in causis simplicis querelae, vel fola*) vel cum exceptionibus dilatorii, et peremptoriis simul cumulata a parte appellata opponi potest.

*) Per arg. leg. ex R. I. N. §. 40. deductum, *quod nempe reus non prius, ac lis super puncto competentiæ fori decisa fuerit, ad actionem in causa principali respondere teneatur* - quae profecto legis ratio ob suam, qua concepta est verborum generalitatem ad omnes causas non tantum simplicis querelae tum ordinarias, tum summarias, sed etiam appellationis quadrare videtur. Porro quod in O. C. p. 3. t. 32.

§. 1. et in C. O. C. p. 3. t. 38. pr. idcirco sancitur, vel cum citata recessus imp. nov. §. 40. dispositione omnino conspirat, vel, ubi diffentit, per eandem vtpote legem posteriorem abrogatur; et reuera C. O. C. l. c. §. 2. = und sonderlich sollen in solchen exceptionibus wider die Appellation oder Devolution die Haupsache nicht eingezogen, und unnobisritlich disputirt werden = idem in effectu id statueri videtur, quod statuit R. I. N. §. 40. nimurum quod fori declinatoriae seorsim ac solae sine peremptoriis causam quippe principalem tangentibus proponi debeant. Quod denique in recess. imp. nov. §. 69. et 70. eam in rem scriptum habetur, cum eiusdem §. 40. a prime conciliare poteris, et eo tendit vnicce, vt pars appellata exceptiones non devolutionis ac desertionis, aliasque fori declinatorias cumulare, simulque quoad causam principalem in euentum item contestari teneatur. Quod autem in ipsa praxi sola non devolutionis exceptio sine peremptoriis exceptionibus speciatim quoque in aula Caefaris obmoueri soleat, inter alios casus testatur causa Leodiensis, *Florhin contra Rampotte appell.* quae 1777. ob defectum summae appellabilis priuilegiae pro non devoluta fuit declarata.

Generatim tamen rarior est in aula Caefaris, quam in eius, ac imperii camera exceptio fori declinatoria, tum desertionis, tum non devolutionis, siquidem ibi non perinde, ac hic statim ad libellum grauaminum si quippe fundata haec sint processus appellationis, quibus pars appellata ad nouam in iudicio ad quod causae disceptationem citatur, decernantur, sed semper fere iudicii a quo prius pro informatione (ut Bricht) describi soleat, qui ipse, sin forte punctum aut devolutionis, aut formalium defectu quopiam laboret, in suis statim literis informatorialibus istud deficit augustissimo iudici ad quem denunciat, vt adeo pro-

cessibus appellationis plerumque eo etiam ex capite denegatis
rara parti appellatae obtingat occasio, has opponendi exceptions.

Exceptio non deuolutionis, speciatim in aula Caesaris seorsim quippe proposita, cum fori declinatoria sit, non statim, ut peremtoria breui manu ad replicandum communicatur, sed prius disquiritur, ac vbi irrelevanteam eam esse appareat, statim reiiciatur, simulque parti appellatae sub *comminatione litis alias pro contestata*, et *libelli pro confessato acceptandi* iniungitur, ut in causa principali excipiat. Sin autem deprehendatur relevantem eam esse plerumque ea, quin causa statim pro non deuoluta declaretur, communicari solet ad replicandum et sic super solo deuolutionis puncto, causae principalis ventilatione interea quiescente eosque disceptatur aut ab appellante elisa tunc demum reiiciatur, aut huius argumenta vincens id operetur, ut sententia decernatur non deuolutoria tenoris plerumque sequentis: *imo declaratur nunc causa pro non deuoluta, idque 2do notificetur iudici a quo per rescriptum pro complem. iustitiae.* Effectus sententiae non deuolutoriae hic est, ut causa ad iudicem a quo reuertatur, et hic ad suspensam interea ab appellatione executionem sententiae a qua progredi nunc possit. Parti tandem appellanti per non deuolutoriam grauatae vnicum restat remedium restitutionis coram iudice ad quem petendae, si noua habeat argumenta facti*) simulque currat adhuc quadrennium a die sententiae a qua appellauerat, computandum; reui-

sionem vero ab appellante in tali casu haud peti posse, inde
constat, quia causa non deuoluta, sive non appellabilis, ideoque
nec reuifibilis est. **)

*) Noua in iure equidem hic haud prohibita sunt, sola tamen ac sine
nouis in facto producta non sufficiunt.

**) R. I. N. §. 127.

Lipitz, Diss., 1795 A-E

KO78

ULB Halle
006 609 724

3



SB





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-705648-p0058-5

DFG

1790/3
91

1795/13.

PVNCTO DEV

TRENDO

A P

SVMMA

ILLVSTR

IN AL


SVMMIS IN V

D.

FRIDERICK

IVRIS VTR

E X



Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

B.I.G.
Black

IA

DINIS

I

NORIBVS

CHHOFF

ATR.